

**385** Domitia Faustina<sup>1</sup>, M. Aurelii Caesaris filia, imp. Antonini Augusti Pii p. p. neptis.

*Romae in mausoleo Hadriani (VI 993–995, servavit vetus codex Einsiedlensis). — Tituli sepulcrales liberorum M. Aurelii defunctorum vivo Antonino Pio, patre nondum Augusto. — 1) Faustina, de cuius aegrotatione Marcus Caesar queritur et respondet Fronto (ep. ad M. Caes. p. 72 ed. Naber) non haec videtur fuisse sed soror eius Annia Galeria Aurelia Faustina (Dittenberger archäol. Zeitung 36, 1878 p. 105).*

**386** M. Annio Vero, | imp. Caesari[s] | M. Aurel[i] An|tonini Aug. | Armeniaci | Medici Parthi|ci maximi et | Faustinae Aug. | filio, d. d. p. p.

*Sufetulae in prov. Byzacena (Eph. epigr. 5, 1521). — Natus est hic filius M. Aurelii anno 163, Caesar dictus a. 166 (ante cuius anni finem titulus positus sit oportet), mortuus septennis (vit. Marci 21, cf. Eckhel 7, 82).*

**387** Vibiae Aureliae Sabinae<sup>1</sup>, d. Marci Aug. f., Heliodorus lib. et proc. p. u.<sup>2</sup>

*Romae (nunc Florentiae) sub statua mulieris (VI 1020). — 1) De hac Sabina Marci Aurelii filia cf. ad C. VIII 5327. Aurelia Vibia Sabina dicitur in titulo servi II 153. — 2) Procurator portus utriusque.*

**388** Vibiae Au|relliae, di|vi M. f., divi | Severi sor.<sup>1</sup> | Sabinae, | patronae | municipii | decurio[n. | decreto p. p.].

*Calamae (Guelma) in Numidia (VIII 5328 cf. p. 962). — 1) Soror Severi fuit Vibia Sabina, ex quo hic filius divi Marci voluit (cf. ad N. 418).*

**389** [L.] Aurelio | [C]ommodo Caes. | Germanico<sup>1</sup>, | [im]p. M. Aureli Antonini | Aug. Parthic. German. | [p]ontif. maxim. p. p., fil., | d. d. p. p.

*Minturnis (Traetto) (X 6001). — 1) Caesar dictus est Commodus a. 166, Germanicus a. 172 (vit. 14). Titulus videtur positus ante finem a. 175, quo et ipse et pater Sarmatici dicti sunt.*

**390** [imp. Caes. | L. Aur. Commodo<sup>1</sup>] | Aug. | [Germ. Sarm.]<sup>1</sup>, | imp. Antonini | Aug. [f.], | res publ. | Siscianor.

*Sisciae (III 3968). — 1) Rasura perierunt, ut vidit Mommsen, nomina Commodi. Postus est titulus Commodus Augusto ante mortem patris, id est inter annos 177 et 180.*

**391** Victoriae | imp. Caesaris Commodi | Antonini Aug. Pii Felicis | Tyrrenus lib., proc. reg. | Thevestinae item | Pannoniae superioris, | voto suscepto.

*Romae (VI 790 descripsit saec. XVIII Maffei).*

**392** pro salute imp. | M. Aureli Commodi | Antonini Aug.<sup>1</sup> | Pii Felicis<sup>2</sup>, | Libero patri | Commodiano | sacrum, | Iunia Marciane | ex voto fecit.

*In Portu Romano rep. (XIV 50). — 1) Etiam in nummis paullo post mortem patris Commodus desiit vocari L. Aurelius Commodus, coepit vocari M. Commodus Antoninus (Eckhel 7, 409. 153). Sub finem vitae rursus vocari voluit L. Aelius*